

585.

1275.

Sonderborg.

Förening emellan Konung ERIC i Danmark och Hertigarne MAGNUS och ERIC i Sverige.

K. u. 124.

ERICUS Dei gratia Danorum, Sclavorumque Rex, omnibus præsens scriptum cernentibus salutem in omnium Salvatore: Notum esse volumus præsentibus & futuris, quod inter nos ex una parte, & Nobiles ac Magnificos viros D. Magnum Ducem Sueciæ, & Domicellum Ericum fratrem ejus ex altera, taliter placitatum est, fide media, & condictum: Quod nos ipsis pro viribus eorum conservandis efficaciter assistere debeamus, &c. *Effectus autem est, quod tunc assignavit eis C. armatos cum omni bellico apparatu, pro quibus illi promiserunt VI M. marcarum argenti puri, & unum castrum in pignus quod ille volebat eligere, Ad cujus sustentationem, conservationem & manutentionem, promiserunt contribuere M. marcas annuatim.* Dat. Sunderborg, Anno MCCLXXV.

586.

1275 i Jan.

Nerboås.

Konung MAGNUS Is Skyddsbref för Risaberga kloster, med befrielse för alla Kongl. Utskylder af klostrets egendomar.

A. 3. n. 1: 13.

IN nomine sancte & indiuidue trinitatis. Magnus. dei gracia. Rex Svecorum. Uniuersis christi fidelibus presentes litteras inspecturis. Salutem sanctis omnibus repromissam. Quoniam diuina prouidencia in hanc suam gratiam nos uocauit. vt regni temporalis culmine sublimatos multis preferret mortalibus. tenemur & nos vice debita Sancte Ecclesie vbique in regno nostro ampliare modis omnibus libertatem. Nouerit igitur fidelium vniuersitas. quod ad reuerenciam gloriose domine & virginis Marie. omnes possessiones Ecclesie eiusdem beate marie de Risebyergh attinentes ob sororum deuocionem ibidem existencium. vibicumque in regno nostro sunt constitute cum colonis & omnibus pertinencijs suis. villis. & Nemoribus. Agris. piscacionibus suis. & redditibus. ab omni iure regali liberas semper concedimus & exemptas. vt libere sint in vsum ecclesie memorate. & beneficium sempiternum. vt igitur super bonis predicte ecclesie data libertas immobilis perseueret. eandem libertatem roborantes sigilli nostri munimine confirmamus. Insuper omnibus per presenciam scripta declaramus. quod prefatam domum & sorores ibidem deo domino seruietes sub clypei nostri tutela constituimus specialiter protegendas. quamdiu vixerimus domino largiente. Ita quod quicumque ipsis iniuste fuerit aduersatus jn se & in bonis suis strictam nostre maiestatis seneciet ulcionem. Illos autem quos Dominus in locum nostrum prouiderit suc-